Quelle: http://manuscripta.at/?ID=41233
Copyright: Melk, Benediktinerstift

29

Delatores qui non castigat irritat Domitianus.
Curiosi nascuntur in sydere caprae.
Ut ~~mori~~ satis vixeris nec anni nec dies faciunt sed animus. de arte mor.
Quilibet homo ante mortem videt Xum in cruce pendentem. Innocent. 3. lib. 3.
de vilitate cond. hum. ibid.
Scot. in 4. sent. si quis mortem patienter sustinet, etc: satisfacit pro venialibus et aufert aliquid ad satisfac. pro mortalibus.
Homo in meditullio ut de virtutum culmine ad vitia labatur et de vitijs ascendat ad sublimia. Hiero. ad pelagium
Sicut David electis congruis suae adolescentiae armis prostravit goliath ita quilibet pensata virium suarum mensura, atque ad eorum modulum suscepta pugna victoriam auferet a diabolo. Abraham apud Cass. coll. 24. cap. 8.
Sic loquere cum Deo quasi homo audiat, sic vive cum hominibus quasi Deus videat, Janitores conscientia nostra opposuit, sic vivimus ut conspici nolimus, bona conscientia turbam advocat. Seneca.
Cum Catonibus et Lelijs vivendum. Seneca.
Nulli bonus onerosa videtur. Sylv. ep. 264.
Omnipotens Deus quia quod vult facit, quod non vult non patitur, ideo nec falli nec mori potest. August. 5 de Civit.
Si spirituale pro temporali vel spirituale aut contra datur simonia est, si vero tamen est motivum non est simonia. gretz. l. 2. de discr. c. 11.
Poenitens non potest poenitentiam iniunctam per alium ut causam principalem implere, ibid et Suar. t. 4. dis. 38. sect. 9.
Poenitentia imposita tanquam pars integralis remittit poenam temp. ex opere operato. ibid. et Suar. ibid. sec. 2.
Haeredes si boni viri fuerint potiuntur haereditate, si vero male se gesserint possunt exhaeredari, qui vero haeredes non sunt etsi bene gesserint, haereditatem tamen non acquirunt, ita de merito Xi.
Animus non pascitur pane et vino sed fide et charitate, plus prodest sano una buccella panis quam febricitanti una libra, ita si animus bonus nutriatur, vel ubi sunt... relagere.
Veritas doctrinae est loqui vel tacere, quae propter vitandum scandalum dimitti potest tacendo. Veritas vitae est sinceritas sermonis et operis, quae dimitti nullo pacto potest.